



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Divi Hieronymi Epistola Lepidissima ad Eustochium uirginem, de custodienda uirginitate**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**[Köln], [ca. 1520]**

**VD16 ZV 7933**

Argumentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34498**

ARGVMENTVM.

**E**Vstochium ex omnibus Paulæ liberis, perpetuam uirginitatem est amplexa, solaq; matri Bethlehem demigranti comes fuit. Sub huius igitur persona, qm̄ apud Romanos primæ nobilitatis fuit, uirgines omnes docet, quomodo sit uiuendum. Et sicut est boni præceptoris officium, non solum indicat formam, quam oporteat sequi, uerū etiam prodit & aperit technas, fucos uirginum ac monachorum & clericorum, qui sub prætextu castimonie, uentri & auaritiæ seruibāt. Lū sit autem in his depingendis paulo liberius, q̄ delicatæ quorūdam aures ferre possent. Vnde alibi scribit, libellum hūc Romæ (nam illic scripsit) fuisse lapidatum. Et in epistola ad Deme triadē, indicat multos hoc offensos fuisse. Et Rufinus inter cætera crimina, hoc quoq; uiro sanctissimo impingit, quod institutionē uirginis profellus, omnium omnia crimina prodidisset. Meminit huius, & Seuerus Sulpitius in dialogo quodam, sed cū laude. Verum hic liber q̄ male tractat malos monachos & clericos, tam male uicissim ab illis tractatus fuit. A deo nāq; mēdosum reperimus, ut pro unico uitio exprobrato, decem mendas induxisse uideantur.

❧ **HIERONY** ❧

MVS AD EVSTOCHIVM DE CVSTODIA  
VIRGINITATIS.



**A**VDI FILIA ET VIDE,  
& inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. In quadragesimo quarto psalmo deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum Abrahæ, exiens de terra sua, & de cognatione